

tū. ut de eis talia divulget qualia in ore proprio cre-
 dibilia forte non essent. Hi sunt qui testimonio spreto
 scientie proprie vident in antea confidetes de sua extol-
 lētia laudis aliene. Factaria autem non est vitium lau-
 dis humane. sic dicit Augustinus. xliij. de ciuitate dei. c. viij. sed est
 vitium anime puerse amantis humanam laudem spreto testi-
 monio scientie. Tales sunt nonnulli armigeri qui stre-
 nua facta de ipsis confingunt. et attribuunt sibi ipsis que
 ab alijs gesta fuerant. Tales etiam sunt nonnulli pseu-
 do apoli qui sibi arrogat et attribuunt labores eorum. s.
 questiones tractatus compilationes studiorum que vix in-
 telligunt in quibus nihil habent proprium nisi que penitus reci-
 tant talia que fuerunt ab autoribus compilata. Talis
 fuit ille Fidentinus quem deridet Marcialis epy-
 grama. li. i. dices. Quis ipse Fidentinus libros que ipse
 Marcialis edidit dum recites erat surripuit. et disci-
 pulis suis legit et cum eos perfecte non intellexit res-
 bendens eum super hoc Marcialis scripsit ei dicit. Quem
 recitas meus est o Fidentine libellus. sed male cum
 recitas incipit esse tuus. Dicunt enim naturales. Inf-
 illud quod maiora per rarefactionem. et illud quod mino-
 ra per augmentorum densitas est. Quia illud quod raro ac-
 rit maiorem quantitatem et occupat maiorem locum quam plus
 et in non plus est de substantia in raro quam prius fuit in
 denso. sicut patet. iij. Philis. c. de vacuo. Sed illud
 quod realiter augmentatur crescit tam in substantia quam in
 quantitate. vñ et maiorem locum et etiam habet plus de substā-
 tia quam prius vñ. ij. de anima. et j. de generatione. Isto
 modo moraliter de istis ampullosis scholaribus qui per
 scholas promerentur laudum non nomen clericorum si-
 bi querunt vñ acquirunt statum et locum maiorem per me-
 ritum iactantias habent indigne. De perfectione enim scien-
 tie non plus habent quam ante vel prius. Illud autem est de
 addiscendis soli deo. et de his que iactantie vitium per-
 horrescunt. Hi enim sicut crescunt in honore et status
 sublimatione. ita etiam crescunt in valore et scientie au-
 gmentatione. Tales enim iactatores magnificant semet-
 ipsos. Hi sunt qui magis amant vocari quam esse. Appe-
 tunt fastidium et recipiunt fundamentum. de quo Matt.
 xliij. Dilatant phylacteria sua et magnificant simbria-
 as. De istis etiam qui magnificant nomen suum dicit Gre-
 gorius. mora. c. xxv. Quis dicit in cogitatione terre-
 na hunc mundo performant pro eo quod agunt in hunc mu-
 do relinquentes sui nominis memoriam volunt et conant. Alij
 bellorum titulis. alij edificiorum membris. Alij desertis
 doctrinarum secularium libris instanter laborant. sibi que
 nomen memorie edificat hec ille. Sed que fatue faci-
 unt ostendit paulo post dices. Quantum libet tamen quisque
 per facienda gloria sui nominis laborat memoriam suam que
 cinere ponit. que hanc citius mortalitatis ventus ra-
 pit. hec Gre. Contra tales qui querunt fame gloriam et
 celebrantem nominis arguit. Boetius de consolatione. lib. ij. psal-
 vij. declarans fame vanitate per quinque rationes.
 Primo ex terreni spatij paruitate. Terra enim non
 habet nisi rationem unius puncti respectu celi. sic Pro-
 domeus et Afraganus de differentiis astrologorum dicit ter-
 tia. Sed de superficie terre tamen quarta pars est habita-
 bilis nec illa tota. Tamen propter partes proprias equinoxii
 aut ex vna parte vbi est nimis calor. Tamen propter
 partes proprias polo artico ex parte boreali. Quid
 ergo magnus est datus etiam qui homo per totum mundum qui
 non est pars puncti posset nomen suum divulgare. que

dicit Job. xxj. Gaudium hypocrite ad instar puncti.
 Secundo sic probatur. Impossibile est nomen suum divulga-
 re per totum mundum. et hoc propter difficultatem itineris
 et defectum communicationis et quicquid. que non omnes
 homines sibi idem corporalia communicant. Tertio datus
 que possent ad gloriam incedere vbi que. que vna gens
 approbat alia deridet et damnat. Quarto quia ho-
 mines moriuntur et memoria hominis peribit. unde quis
 habet memoriam fidelis Fabricij vel Cathonis. Fa-
 cent nomina eorum in paucis libris nec tamen nos que legimus
 libras per libras habemus noticiam personarum. Quinto
 sic. ille que intendit sic vivere in nomine suo in mem-
 oriam hominum facit sibi duas mortes. vnam corporis et
 aliam sui nominis. que necessario a memorijs hominum ca-
 dat. Ad illud ponit idem Boetius duas rationes. li. ij.
 psal. vij. Prima illud quod falsa opinione perferri non
 debet esse de iure magni ponderis apud hominem.
 Sed plures nomen falsi vulgi opinionis optine-
 runt. Secundo id quod falso iudicio datur non per-
 seuerat diu. non debet esse magni ponderis apud
 animum virtuosum sed fatore popularis nunquam pue-
 nit finem verum iudicium. vel si pueniat finem verum
 iudicium non diu durat. quia populus nunquam per-
 seuerabit diu in vno. sed quod isti placet alteri displicet.
 igitur fatore populi non debet hominem multum moue-
 re. Patet ergo vanitas eorum qui nomen suum propositum
 magnificant ad ostentationem. De talibus legitur
 Gen. xj. de filijs Noe post diluuium que dixerunt. Cele-
 bremus nomen nostrum atque diuisdamur in vniuersas
 terras. et ceperunt edificare turrim cuius cacu-
 men attingeret celum. et quid accidit. certe volebant
 sibi facere nomen honoris et fecerunt sibi nomen con-
 fusionis. Et idcirco vocatum est nomen eius babel. i.
 confusio. De talibus etiam habet exemplum. j. Mach. xxi.
 que Joseph et Zacharias principes indeorum dixerunt.
 Faciamus et ipsi nobis nomen. et eam per pugnare contra
 gentes. Et sequitur. Ceciderunt in die illa ad duo milia
 viros. Ideo de illis orat psal. Disperdat dominus vniuersa
 labia dolosa. et linguas magniloquam. Qui dixe-
 runt linguam nostram magnificabimus labia nostra etc. et
 iterum non apponat magnificare se homo super ter-
 ram. R. Secundo magnificant se simulatores do-
 losi. cuiusmodi sunt adulatores. Isti directe ma-
 gnificant alios. et ex consequenti magnificant se ipsos
 Nam per hoc que alijs adulantes eos magnificant ab
 eis e contrario magnificari sperant. Iactatores et adu-
 latores semper sunt boni amici. Est enim adulatio que
 speculum superbie. Senes quorum oculi incipiunt ca-
 ligari habent quoddam instrumentum quod tenent in oculo
 et lram quam volunt legere. et statim lra que in
 se est valde gracilis apparet grossa propter densitatem
 lapidis transparentis qui est in illo instrumento
 per cuius medium transit lra ad oculum. Isto mo-
 do contingit aliquando que homo parvus est et hu-
 milis in oculis proprijs satis parum reputans de se
 ipso. Sed si accedit vni adulator et attribuit ei gra-
 tias et virtutes mirabiles quarum forsitan nullam habet
 vel si forte aliquantulum illam extendit et mendaciter am-
 pliat se nobilem virum. Seneca dicit epla. ij. Incre-
 dibile est quin magnos viros dulcedo orationis abdu-
 cat. De his simulatoribus dolosis loquitur Alanus de
 placitu nature. Adulatores a voluntate vultu ab ant